

# COMMENTARIORVM BELLI GALLICI

## LIBER PRIMVS

1 Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. 2 Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. 3 Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea 5 quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. 4 Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos 10 virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. 5 Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garunna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et 15 Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. 6 Belgae ab

- 
- 1.1. omnis:** ‘in zijn geheel genomen’. **3. omnes:** wonderlijk als het gaat om drie stammen of wordt geduid op een verder gaande versnippering? **4. Matrona et Sequana:** Marne en Seine. — **Matrona et Sequana dividit:** lichte inbreuk op de congruentieregel (die enkelvoudig gezegde eigenlijk alleen toestaat als twee subjecten van ongelijk geslacht zijn) omdat beide rivieren tezamen één grens vormen. **6. cultu atque humanitate:** leefwijze en beschaving. — **provinciae:** Romeins Gallië, de Provence. **7. commeant:** *commeare* - heen en weer gaan, reizen, gaan, komen. **10. Helvetii:** behoren kennelijk tot de Galliërs in engere zin, in tegenstelling tot de Aquitaniërs en de Belgen. **13. Eorum:** van de Galliërs in brede zin, staat dus voor Galliae omnis. — **Gallos:** Galliërs in engere zin. **16. vergit ad septentriones:** ‘strekt zich uit naar het noorden’, een onbegrijpelijke opmerking nadat al is medegedeeld dat de noordgrens wordt gevormd door Marne en Seine en de noord-oostgrens door de Rijn; voor Caesar was het niet gemakkelijk een nauwkeurige beschrijving te geven van iets waarvan hij ook nadat hij Gallië in alle uithoeken had bereisd slechts een vage voorstelling kon hebben.
-

extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. 7 Aquitania a Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem 20 Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet, spectat inter occasum solis et septentriones.

**2** 1 Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: 2 perfacile esse, cum virtute omnibus 5 praestarent, totius Galliae imperio potiri. 3 Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit, altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios, tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui 10 provinciam nostram ab Helvetiis dividit. 4 His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adfiebantur. 5 Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in 15 longitudinem milia passuum ccxl, in latitudinem clxxx patebant.

**3** 1 His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea quae ad proficiscendum pertinerent comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti 5 suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. 2 Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in

**18. spectant:** gebruikelijke uitdrukking van gebrekige logica; niet de Belgen kijken naar het noorden, maar de Romeinen als ze hun blik richting Belgen wenden.

**2.2. Messala et P M Pisone consulibus:** 61 vC. **3. civitati:** ‘de burgerij’. **4. cum omnibus copiis:** ‘met al hun bezittingen’. **12. qua ex parte:** = *qua ex causa*, of minder sterk ‘in dat opzicht’, ‘zo bezien’. **3.2. constituerunt:** subject de Helvetiërs. **4. sementes:** *sementis* - het zaaien. **5. suppeteret:** *suppetere* - rijkelijk voorhanden zijn, toereikend zijn.

tertium annum profectionem lege confirmant. 3 Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscepit. 4 In eo itinere persuadet Castico Catamantaloedis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et 10 ab senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat; 5 itemque Dunnorigi Haeduo, fratri Diviciaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. 6 Perfacile factu 15 esse illis probat conata perficere propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset. 7 Non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. 8 Hac oratione adducti inter se fidem et ius 20 iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

1 Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. Moribus suis 4 Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat ut igni cremaretur. 2 Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit et omnes clientes 5 obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; 3 per eos ne causam diceret se eripuit. Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum essequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est; 4 neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem 10

---

**7. ad eas res conficiendas:** met die woorden begon ook de onmiddellijk voorafgaande zin; niet fraai. **13. qui:** antecedent is Diviciacus. **14. idem:** sc. *idem ac Casticus*. **16. probat:** ‘bewijst’; subject *quod ipse...* ‘het feit dat hij zelf...’ **18. plurimum... possent:** ‘het meest vermochten’, ‘het machtigst waren’. **19. conciliaturum:** *conciliare* - winnen. Orgetorix zegt toe dat hij zijn gesprekspartners (die in hun eigen land de tweede viool spelen) zal helpen een greep naar de macht te doen. **4.1. per indicium:** ‘door verraad’. **6. obaeratosque suos:** ‘zijn debiteuren’. **7. per eos:** ‘met hun hulp’. **8. armis ius suum essequi:** ‘met geweld gerechtigheid (d.w.z. de bestraffing van Orgetorix) nastreven’.

---

consciverit.

- 5** 1 Post eius mortem nihilominus Helvetii id quod constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant. 2 Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt; 3 5 frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum renditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent; trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. 4 Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitimis ut eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis profiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnabant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.
- 6** 1 Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent; 2 5 alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur. 3 Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.
- 10 Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur. 4 Omnibus rebus ad profecionem comparatis diem dicunt qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies erat a. D. V. Kal. Apr. L. Pisone A. Gabinio 15 consulibus.
- 7** 1 Caesari cum id nuntiatum esset eos per provinciam nostram iter

---

**5.7. molita cibaria:** ‘gemalen voedsel’. — **domo:** ‘van huis’, **12. sibi adsciscunt:** ‘halen erbij’, ‘betrekken in hun onderneming’. **6.5. expeditius:** ‘met minder hindernissen’. **10. nondum bono animo:** ‘nog niet van goede gezindheid’; genit. qualitatis.

---

facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit. 2 Provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat – erat omnino in Gallia ulteriore legio una – ; pontem qui erat ad 5 Genavam iubet rescindi. 3 Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum; rogare 10 ut eius voluntate id sibi facere liceat. 4 Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; 5 neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. 6 Tamen, ut spatiū intercedere posset, dum milites quos imperaverat 15 convenienter, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, ad Id. Apr. reverterentur.

20

---

7.4. **toti**: dit is de normale dativus van totus; soms vindt men *toto*. — **imperat**: hier ‘een mobilisatie opleggen’. 11. **eius voluntate**: ‘met zijn toestemming’. 17. **diem... sumpturum**: ‘dat hij zich de tijd wilde gunnen’.

---